

Rozprawy

o panowaniu Jana Kazimierza

króla polskiego

odnoszące się

Od Bartynows. za 5 złt.

17 *r)* S. R. M. Sueciae binae literae, priores ad S. R. M. Christ. et posteriores ad Gen. Ordines foed. Belgii, contra causas expeditionis in Zelandiam contra reg. Daniae. b. m. i r. (k. n. l. 4)

18 *s)* Resurrectio Poloniae auxilio aquilae. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

19 *t)* Epistola amici ad amicum de causis renascentium dissidiorum Sueco-Danicorum. Hamburgi 1658. (str. 10)

20 *u)* Brevis discussio querelarum, quae per regis christ. legatos et internuntios contra augustiss. Imp. Ferdinandum III. propositae sunt. b. m. 1657. (str. 20)

21 *v)* Labores electorii sive solennia electionis et consecrationis. b. m. 1658. (str. 30)

22 *y)* S. R. M. Sueciae commissariorum responsum ad literas legatorum electoralium Brandeburgicorum. b. m. 1659. (k. n. l. 24)

23 *z)* Censura censurae in collegium electorale amicae. b. m. 1658. (str. 44)

24 *aa)* Biorenklou Math., Memoriale ad eminentiss. sereniss. S. R. I. electores. b. m. 1658. (str. 32)

25 *bb)* Peyrer Isa. Epistola ad Philotimum, qua exponit rationes propter quas ejuraverit sectam Calvini et librum de Praeadamitis quem ediderat. Francofurti 1658. (str. 36)

26 *cc)* Retz de Joan. Franc. Paul. de Gondi Omnibus episcopis, presbyteris et universis filiis ecclesiae. b. m. 1660. (str. 28)

27 *dd)* Animorum in Europa et vicina Asia motus de Suecici belli motu in Polonia. Upsaliae 1656. (str. 75)

28 *ee)* Gabriis Luc. de. Injustitia armorum Suecicorum in Polonos responsione apologetica ad epist. Cyriaci Thrasymachi ad Andr. Nicanorem data, nec non ad brevem et preliminarem enumerationem causarum, ob quas Carolus Gustavus R. Suec. coactus est Reg. Pol. bello adoriri. b. m. 1657. (str. 60)

29 *ff)* Elogium funebre Ser. Caroli Gustavi R. Suec. Gothenburgi in Suecia Februario mense a. 1660 extincti. b. m. i r. (k. n. 14)

30 *gg)* Epitaphium Regni Daniae agonizantis, eiusque inopinata convalescentia et generosa resurrectio ex tumulo. b. m. 1660. (k. n. l. 4)

31 *hh)* Homo politicus auctore Pacifico a Lapide. Cosmopoli 1664. (str. 30)

32 *ii)* Stetget Harip. Conjectio de futuro Romanorum rege promovendo in imperatorem. b. m. 1658. (str. 22)

33 *kk)* Collegium reliquorum Imp. deputatorum ad Collegium electorale de praesenti statu Imp., imperatore eligendo, scribenda lege, annexis aliis. b. m. 1657. (str. 97)

34 *ll)* Responsio ad duo scripta Danica, quorum alterum sub

titulo Juris fecialis armatae Daniae, alterum sub nomine Manifesti exiit. Francofurti 1658. (str. 39)

35 *mm)* Epistola equitis Romani de eligendo rege Romanorum b. m. 1658. (str. 16)

36 *nn)* Brevis informatio et demonstratio, quam injuriosis et calumniosis persuasionibus feliciss. record. Imp. quondam Ferdinandum III. ejusq. filium Ser. Hung. et Boh. Reg. Leopoldum ablegatus Reg. Suec. coram electoribus et statibus imperii emisso in publ. libello accusatorio ruptae pacis insimulare conatus fuerit. b. m. 1658. (k. n. l. 15)

37 *oo)* Scher Mart. Vota Germaniae intranti Austriam oblata Leopoldo. b. m. i r. (k. n. l. 4)

38 *pp)* Biörenklou Math. Memoriale novum in puncto pacis et securitatis publ. quod nomine S. R. M. Sueciae d. 4 Maii a. 1658 exhibitum est S. Rom. Imp. collegio electorali. Francofurti 1658. (str. 7)

39. *rr)* Delirus prodromus in viam reductus. b. m. i r. (str. 6)

Frischmann Johann 40 *ss)* Delirus prodromus. b. m. 1658. (str. 14)

Schultz Peter 41 *tt)* Negeschius Petr. Comparatio inter Claudium Tiberium princ. et Olivarium Cromwellium protectorem. b. m. 1657. (str. 28)

Frischmann Johann 42 *uu)* Classicum belli christiani ad christiani principes omnis adversus christiani nominis hostes Ottomanidas. b. m. 1661. (str. 37)

43. *vv)* Disjectio rejecta sive iterata et constans querelarum Gallicarum discussio. b. m. i r. (str. 22)

Frischmann Johann 44. *yy)* Responsum ad nuperam illam admonitionem Gallico juxta ac Germanico stilo adversus sanctius Christianiss. Regis consilium publicatam ex causa Mardici Anglis belli contra regem catholicum sociis cessi. b. m. 1658. (str. 32) sk. 5. —

Exp. dobrze zachowany tego zbioru pism ulotnych do panowania Jana Kazimierza odnoszących się. Oprawa z wyciskami i klamrami.

1773. **Pękalski** Petr. De Petri militis per S. Stanislaum epis. Crac. resuscitatione. Cracoviae 1826. 8vo (k. n. 2, str. 23) br. —

1774. **Peterek** Jan. Wykład systematyczny zarazy bydlęcéj, prz. J. N. Kurowski. Warszawa 1833. 8vo (str. 108, tabl. br. —

1775. **Petricius** Joan. Innoc. Historia rerum in Polonia gestarum anno 1620. Cracoviae b. r. 4to (k. n. 3, str. 77)
b) Princeps Polonus. Cracoviae 1633. (str. 109) psk. 10. —

1776. — Palaestra oratoria sive Imitatio Ciceronis. Cracoviae 162 4to (k. n. 50) br. 3. —

1777. **Piasecki** Fel. Wróżka, dramat. Kraków 1861. 8vo (str. 3 br. —

1778. — Jac. Mythologia Aeneidum P. Virgilii Maronis. Cracovia 1635. 4to. (k. n. 8) br. — 5

1754. Paradoxa koronne publica i privatim potrzebne szlachcicowi polskiemu, napisane r. 1603. Kraków 1853. 8vo (str. XXI k. n. 1, str. 152, k. n. 2) br. — 25

1755. Paritius Christ. Frid. Commentatio brevis ex historia literaria de quibusdam Silesiis eruditis in Polonia muneribus functis. Cracoviae 1816. 4to (str. 24) br. — 40

1756. Parkossius Jac. Antiquissimus de orthographia polonica libellus. Posnaniae 1830. 12mo (str. 99) br. — 50

1757. Parthenay v. A. Geschichte von Pohlen unter der Regierung August II. Mietau 1772. 8vo 2 Ty (I. str. XIV i 508; II. str. 640) p. 2. —

1758. — Histoire de Pologne sous le regne d'Auguste II. La Haye 1733. 8vo 2 Ty (I. str. XXIV i 256; II. str. X i 256) 2. —

1759. Paschacy Andr. Sig. Plausus laetitiae publicae ad triumphalem post victorias reditum serenis. ac invictis. princ. Joannis III. reg. Polon. etc. expressus. Cracoviae 1683. fol. (k. n. 14) br. — 50

1760. Pasternak K. F. Wielki świat małego miasteczka. Wilno 1832. 8vo T. II. (str. 214) br. — 25

1761. Pastorius Joach. Bellum scythico cosacicum etc. Dantisci 1652. 4to (k. n. 8, str. 269, k. n. 1) p. 7. —

1762. — Florus Polonicus, seu Polonicae Historiae epitome nova. Lugd. Batavor. 1641. 16mo (str. 215, k. n. 16) br. 1. —
Brak tytułu, dedykacyi i przedmowy kart 7.

1763. — dtto. Gedani et Francoforti 1679. 16mo (k. n. 22, str. 851, k. n. 20) psk. 2. —

1764. Paszkowski Franc. Mowa miana przy założeniu podstawy mogiły na pomnik Tadeuszowi Kościuszce 1820 r. Kraków b. r. 8vo (str. 12) br. — 25

1765. Paterkula K. Welleja Historia. Warszawa 1830. 8vo (k. n. 1, str. 276) psk. — 50

1766. Pauli Żeg. Pamiętniki do życia i sprawy Samuela i Krzysztofa Zborowskich. Lwów 1846. 8vo (str. XI i 215) br. 1. —

1767. — Pamiętniki o wyprawie chocimskiéj, z rękopismów i druków mniéj znanych. Kraków 1853. 8vo (str. XI i 184, k. n. 1) br. 1. —

1772. Pax Polono-Svecica, per deputatos ad id sereniss. ac potentiss. princip. Poloniae, Sveciae Regum legatos conbecta Olivae 1660. 4to (str. 22)

2. b) Pax Germano-Svecica etc. Viennae 1648. (str. 84)

3. c) Wolphius Joh. Pannonia perrorata panegyrice. b m. 1652. (k. n. l. 10)

4. d) Rewa de Petr. De sacra corona Regni Hungariae. Viennae 1652. (str. 96)

5. e) Copia literarum cujusdem magnae dignationis Poloni Dn. Przimsky ad fratrem suum Dn. Christ. Przimsky Casell. Culm., in quibus amore patriae suae ductus explicat, quid sentiat de tractatu Polonorum cum Austriacis. Cusfini 1657. (str. 11)

6. f) Biörenklou Mat. Memoriale iteratum in puncto pacis et securitatis publicae. Francofurti 1658. (str. 12)

7. g) Statera veritatis ad quam responsum Gallicum. b. m. 1658. (str. 27)

Frischmann Johann 8 h) Statera veritatem transgressa subversa. b. m. 1658. (str. 19)

9 i) Circa pacem religiosam ficta veraque propositio in Epist. ad D. Baronem. b. m. 1661. (k. n. l. 10)

10 k) Querelae universi cleri in Majori Polonia et Dioec. Posnan. super barbara Austriaci militis insolentia, in Ord. Eccl. et Christ. patrimonium exercita. Posnaniae 1658. (str. 4)

11 l) Olszowski Andr. Expositiones coram eminentis. D. Elect. Moguntin. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

12 m) Olszowski Andr. Memoriale nomine S. R. M. Poloniae et Suec. ad S. E. Illustr. S. R. Imp. Electores, Principes et Ordines. b. m. 1658. (str. 4)

Frischmann Johann 13. n) Moguntini labores electorales, praevii et electorii. b. m. 1657. (str. 45)

14. o) Grandmont Ant. et H. de Lionne Memorialia bina, primum ad deputationem statuum ord., posterius ad collegium elect. directa. Francofurti 1658. (str. 15)

15 p) Disjectio brevis illius Gallicarum querelarum discussionis. b. m. 1658. (str. 16)

16. q) Pacificatio Ratisbonensis inter S. C. Maj. et Regem Franciae. b. m. i r. (k. n. l. 8)

CENSURA
Censuræ in Collegium Electorale Amicæ.

Theodorici Regis Decreto. I. IX.

Quidquid ex invidia dicitur, veritas non putatur.

Anno M. DC. LIIX.

Aperta Censuræ facies Amicæ.

XX. Animus autoris Coll. Elect & studium in PP. cum rogato in illud eorundem favore.

I.

Prævisum mihi,
Maligniores, & adulantes fortunam principum, quàm Principes,
Genuinum in meis fracturos Electoralibus,
Præcipuè,
Mei invidiâ, sui gloriola, non patriæ studio, non vero Principum amore,
Quos Collegium inprimis Electorale fortiter amat.
Equidem,
Favore Dei prævio,
Gratiam Principum plurimi semper feci, facioq;,
Sed merendam,
Virtute, non aliorum obtrectatione, forti consilio, non turpi servitio,
Libertate, non fœdo adulationis crimine,
Præcipuo Principum; non proprio commodo.
Amiciores mitiores fore ejusdem arbitros,
Expensâ,
Vti æquum propalàm est,
Ejus necessitate, utilitate, & decenti libertate,
Sincero mixta animo,
Nullo lædendi, multo verendi, reverendi.
(Etiam ubi verum dici, audirivè visum fuit)
Vnius cujusq;
Ius, honorem, prærogativam, dignitatem, potentiam, opulentiam.
Horum quidam,
Quibus grates grandes ago, agamq; quamdiu vitam agam,
Rati,
Instinctoribus plerumq; sycophantis,
Principes sæpius duci propero affectu, quam consilio,
Vi non verbo, nocendi minoribus,
E laudatâ quidem, mihi tamen metuerunt, operâ.

Alius quidam, Nullo jure,
Ex loco mihi notissimo ac charissimo,
Per speciem amicæ in C. E. censuræ,
Me, quàm meum Collegium, mordere, quàm monere,
Partes sibi sumsit plusquàm censorias,
Supervacaneus corpora inter sana medicus,
Et eodem penè verbi sono alius:
Qui rem non potuit, verba lacessivit quædam,
Muscas cepit, & ex muscis fecit Elephantos,
Quas non capit Elephantus:
Harum ille ductu loca insedit sibi visa scabra,
Demerendo cum mei jactura nominis nomini.
Debili caussæ addito Potentiorum patrocinio.
Sapienti Viro non decorum est,
Gloriam sibi recipere inde, unde amico invidiam parat.
Sed nec, quam attrectavit, obtinuit,
Æqua, cognitorum, qui utrumque inspexerunt, sententia.
Vnde ille
Bibulus, credo, voluit appellatione hac inani aliis esse par;
In eadem Censurâ cæpit laureolam in mustaceo quærere.
Verùm feres Censor Amice,
Vt eodem censuræ aculeo, quo tu mea, tua figam,
Nunc quidem extemporali, & quasi in transitu,
(Aliud enim mihi nunc est, quàm acrius scrutari tuum otium, negotium.)
Quantum quidem per te liceat,
Sine ira & injuria nominis,
Rodere murium est, non viri boni.

II.

Primò,
Numeroso nimis & inutili sæpè verborum apparatu,
Quasi ignaros, quæ dicturus, docturus,
Pauca dicis & aliena
Ab amicitia, mente mea, meæ obtestationis principio, fine Collegij,
Vltima, quam non attrectas, sententia. Suffra-

Suffragiorum modestâ censurâ, cynosura, priorum,
Quæ & ipsa singula, singula alterius fere retundunt,
Electionis faciei melius aperiendæ,
Incivile est nõ inspecta lege tota ejusq; fine, de singulis judicare.
Adeò,
Labore censendi supervacaneo tibi sumto supersedere debuisses,
Si tam pronum fuisset abstinere,
Manum pruritu tangendi aliena,
Animum ausu efferendi me in Principum odium,
Ob quædam aliter dicta mihi, quàm intellecta tibi;
Cujus in atram mentem, atramentum dicere volui,
Calamus meus non fuit tinctus,
Quo ipse illa scripsi, sed tuus, quo hæc exscripsisti,
Cuncta,
Imagine fallentis nomen Amici,
Vnde
Comico encomio alij de Te ad me invitum;
Nimis hic scitus est .... qui quidem est amicus tuus.
Parcendo honori tuo,
Nolui mordacem exprimere vocem,
Sapienti sat notam.

III.

Sed propius ipsam nunc Censuram Amicam;
Cujus quædam, quæ carpunt mea, strictim carpenda,
Citra ingenium quanquam meum.
Ejus quædam laudanda, quædam in medium relinquenda,
Maximè ex aliis desumta,
Meis vel illustrandis, vel obumbrandis scilicet.
Solent plerumq; illi plurima ex aliis exscribere,
Qui plus quàm melius scire volunt;
Quiq; à se invenire nihil valent,
Ab alio inventa, figmenta vocant,

Licenter satis,
Fundata quanquam in ratione ac Imperij incolumitate,
Valida pro Imperio,
Calculo Primorum in Imperio.
Parcius ista viro tamen objicienda memento.
Censor Amice,
Qui me in hoc Helvidio *comparas* Prisco,
Pace bonâ audio, bono si tu audes animo.
Verum alius hâc latet anguis in herba.
His mihi cuniculis Prisci fatum minaris, ominaris.
Dii monuerint meliora, atque amentiam averruncassint tuam!
Irato uno atq; altero fert Deus alter opem.
Stoicam lubens agnosco libertatem, at politicam, non Cynicam;
Et de re, non de personis.
Et quid si? si decenter.
Loquimur de Deo, loquimur de diis.
De diis terrestribus, de patriæ charitate, Stociè,
Nullis oratoriis ornamentis, nullis adulatoriis pigmentis,
Minus iniuriosis sermonibus, dicere,
Boni Catonis est:
PP. EE. Statuumq; imperii reliquorum consilia,
De eligendo Rom. Imperatore,
Reverenter libare & librare,
Vt à me sanè factum,
Politicè, utrinq; certis ex principiis, pro Electionis, imperii, salute, Pace,
Et, quod rerum omnium est primum, in tempore,
Vacante & ferè discordante imperio,
Prævis illis votis & notis quietem pro discordia,
Potentem & Catholicum Principem *pro alio* expetere
Boni est civis Imperii,
Pace permissum publicâ statibus Imperii, & horum amicis,
Laudabili & veterum instituto,

Cuili-

Cuilibet licitum consultare pro Republica in medium,
Audire, & prout expediebat, decernere, Patribus relictum.
Amplius, malè & præcipitanter judicas,
Et ex vulgi rumore,
Meam ex tua censendi libertate libertatem;
Muciani vituperium,
Quod materiam nunc præbeat sermonibus,
Si privatus es, cur publicè loqueris?
Objici mihi posse putas, ego Tibi,
Si privatus es, cur publicam agis causam?
Nullius jussu ac mandato.
Ne verò hîc diutius erres Menalca,
Quod à me privatâ est scriptum operâ,
Non, ut tuum, privatâ est editum operâ:
Mea suffragiorum delineamenta,
Ultimo submissa suffragio,
A non-privatis lecta, intellecta, quàm à te, rectius,
Tandem publicata,
Quia in iis nihil contra Imperium, nihil non pro Imperio.
In tota tua Censura horum nihil est;
(Invidiosa, adulatoria, prona,
Captandæ Principum quorundam gratiæ,
Mihi apud eosdem Conflandæ invidiæ.
Obtrectatio & livor pronis auribus accipiuntut.)
Sic ergò,
Libertatis jus in illis delineandis, his admonendis,
Ita ut vis, à me usurpatum,
Ut magis ab his permissum, quàm vindicatum visum.
Imò,
Placuit, quia quædam in illis displicebant:
Nec & illa diu displicuére, magis quia placebat sincera ubiq;
Libertas.

Nihil

Nihil minus placet omnibus, quàm quæ sic fiunt,
Tanquam omnia & omnibus placeant.
Talia plerunq; sunt adulatoria:
Hac una judicii lima tuam poteram obducere censuram,
Si publici saltim tibi sumeres patrocinium;
Nec privato in me odio odia quorundam in me Principum,
Et omnia intenderes.
Nunc ergò
---- ---- Incipiam limâ mordacius uti,
Vt sub judicium singula carpta vocem.

IV.

Dictionem, Lucumones,
(*Nam merus es Censor dictionarius, non dictatorius.*)
Mendosè, an calumniosè, trahis ad EE. splendorem,
Ego,
Rectè & ex meo proposito,
Vt ferè titulorum reliqua,
Ad PP. EE. pervigil imperii munus,
Non ad dominium,
Ad curam Reipubl. Electoralem, non ad territorialem amplitudinem,
Dignitate eorum scitè & aptè in aliis, ut ipse asseris, asserta.
Reges *ille, absq; ullius censura, vocavit* pastores populi, *incorrupta Regum dignitate,*
Vigilantia pro populo laudata, non potestate cum pastore collata.
Idem,
(*Piget verò tædetq; his lectorem morari minutiis.*)
Quem tu sequius insectaris,
De titulo præfecti prætorio *judicium esto,*
Testibus juris publici scriptoribus,
Officii, quàm dignitatis ratione;
Ea quanquam non minima;
Præfecturæ meritum ceteris dignitatibus antestat;

Præ-

Præfectura prætoriana quidam principatus,
Quoddam imperii, sine purpura tamen.
Præfectis prætorio rerum summa commissa,
Patres Imperii dicti.
Potestate nulla dignitas est æqualis.
Vice sacra ubique judicat.
Quantum diversis sollicitudinibus constringitur,
Tantò magis laudes amplissimas dignitas hæc triumphat.
Tantum lumen gloriæ est in actionibus præfecti prætorio,
Ut in palatio Cæsaris fulgeat,
Et in longinquitate provinciarum reluceat.
Ergò
Quædam huic dignitati & nobiscum jura communia sunt:
Et lumen inde quoddam nostris inferri potest luminibus.
Cur eandem crambem, & eadem sexcenties cum aliis ex A.B. obtundam.
Simillima & maximè gemina ingeminavi.
Si, Censor, nescias, omne claudicare simile,
Dissimilis Collegio E. tua claudicat censura.
Hoc ipsum etiam, *ut verbis utar tuis,* Censuram patitur,
Imò notam ignorantiæ juris publici;
Solicitudo imperij *opposita* ipsi consortio Imperij,
Illa administrationem, *hoc* dignitatem & majestatem *notat,*
Illa realem *quandam (minus benè)* Imperij, *hoc* personalem ac propriam Imperatoris,
Ita mecum loquentibus, rem rectè intelligentibus
In partem Solicitudinis Imperij dixi assumptos;
Quia nec unus, omnia sine omnibus EE. nec EE. omnes omnia sine uno agũt.
Solum, *à te calumniosè additum;*
Ex ouo ut in me immeritum odio, quasi meo ex cerebro obtruderes imperio,
PP. EE. nudos imperii consiliarios,
Rursus,
Non benè distincta Imperatoris potestate eminente,

Qua unus in Imperio est Imperator
Solus imperij sacra & jura regia expedit,
Quorum in exercitio majus illucescit Imperium,
Summum & indivisum Majestatis jus
Nemini concedi solitum,
Ossibus Imperatoris innexum,
Censor
Alio ex potestatis *EE.* & Imperatoris consortio,
Quod ego nunquam nego,
Indicendi bellum, erigendi vestigalia ferendi LL.
Malè prorsus,
Non intellecto, quid propriè sit,
Imperij Consortem facere aut habere,
Tot imperio obtrudis Imperatores, quot EE.
Qua cum Imperatoris injuria, ipsis EE. odiosa,
Ipse abstergas.
Sic, ubi affectu ducimur, labi solemus,
Ad ejusmodi plerumq;, quæ una stare nequeunt extrema;
Quem ego casum, illo sermonis genere, sedulo vitavi,
Secutus meliorum vestigia scriptorum I. P.
Hæc sanè ce Pri ncipia I. P. Censorem nostrum,
Qui collegio electorali dicam dicere ausus,
Ignorare non decet.
Vlterius,
Nimia censendi prurigine censuræ compilator amicæ,
Ex omni C. E. angulo quæris allatrandi angulum.
Adesse jussi P.P. EE. in collegio, non in angulo,
Ne quis,
Quod ille forsan ignorat,
Iure canonico valere scrutinium secretum;
Idem hic valere putet in collegio electorio;
Et ne,
Vt facta olim Ludovici Bavari Electio,

Etiam hodierna fiat separatim,
Ac diversis in locis & angulis,
Non potius in uno Collegiatim collecto *sacrario,*
Quod omnes hic norunt, & vident,
Quo de supervacaneo hic Censoris adfertur exscripta descriptio.

V.

Pergis errare & narrare superflua Censor,
Assumtâ tibi Momorum carpendi licentiâ,
Censendi quid quid vis,
Obliquè etiam ordinem suffragandi ab A. B. ordinatum
A me observatum,
Ne non nihil dicas,
Vetera & exoleta, cunctis nota, ex speculo exscribis Sâxonico,
Poëta Gunthero, Sleidano,
De suffragiorum ordine olim quasi solito,
Non solito;
Nisi errantis pœna sit doceri,
Scias certò, quo de dubitare videris,
Te ab illo an speculo, vel potius malè intellecto Sleidani loco,
Deceptum,
Ibi in deliberatione, *non Suffragatione,*
Et rectè quidem,
Primum tulit Moguntinus votum.
Testibus I. P. Scriptoribus,
Et meo imprimis p. m. socero Clutenio,
Equidem verò in meo Collegio,
Suffragationem, *non consultationem* institui,
Mixta quadam disceptatione,
De jactis hodiernæ Electionis fundamentis,
Potentia, Religione catholica,
Triviale scis;

A potiori debere fieri denominationem.
Et sequendum A. B. suffragandi ordinem,
Ergò,
Primas Moguntino Sententiæ partes tribuere non debui.
VI.
Pergimus ad Palatium Imperatoris in Imperio,
Quem nullum hodie in Imperio habere proprium,
Veritate, quam illo nititur discursu,
Cujus allegatione, translatione, veterum palatiorum nomenclaturâ,
Eorundem ruderibus,
Nimium quàm inutiliter tuas oneras, Censor, paginas,
Docturus quasi docendos, me imprimis quasi lapsum,
Inutilis monitor memoris,
Nec ista ferè non entia inferre suffragio sustinentis,
Explodentis mendosam inferendi rationem censoriam.
Habuit olim hîc & illic palatia: Ergo habet & hodiè,
Ipse, *si hic esset,* Imperator, *Comicum illud Censori ingereret.*
Quid dicis me habere, imo habui.
Pleraq; quæ refers, sedi Majestatis meæ *nunc* inhonora.
Hæc nil moratus Censor veterum Consarcinator Palatiorum,
Non deficiunt, *regerit:*
Scilicet
Fortè suæ nunc urbis collem, antiquam Impp. sedem,
Novo paraturus Imperatori.
Inconsulto consultissimo Magistratu tuo?
Talis sanè palatij pararius,
Nimis de alieno liberalis munerarius,
A Magistratu suo,
In præmium inconsultæ aperturæ,
Immite proxeneticum,
Ab ipso Imperatore,
In compensationem incommodi palatij,

Parvam

Parvam reportabit gratiam.
Parem ab Episcopo Bambergensi,
Quem ex veteri ac dubio, jamq; præscripto, jure,
Sua suggerit exturbandum Bambergâ,
Debita Imperatori sede:
Nec magnam ipsi olim E E. à Carolo IV.
Commoratum in Germaniam accito,
Vbertate redituum (*imperialium*) Bohemiæ imparem.
Quid tanto adstruis conatu vetera in Imperio Palatia,
Quæ nemo negat; nova volumus,
Ad Majestatem hodiernam,
Imperatoris fundata reditibus.
Hæc monstra; aut tace;
Alia fuit olim Imperatorum ratio imperandi, hic illic commorandi,
Alia hodiè:
Non ex ea, quam fingis, caussa residendi terris in Patriis,
Sed, (provident.
Quia Civitates & terræ imperij Imperatori de expensis non
Nisi hâc tua eis tacitè velis censurâ hæc imponere onera,
Mihi vero, quod prorsus malignè facis,
Aliorum de nostrate Imp., quos nudè refero nec probo, rumores.
Sicut si quis referret, te nunc rumore differri.
Obtrectatorem nimium, qui quidem amicus Anonymi sis,
Perperam id prorsus rumorem referenti, nec potius rumore te differenti im-
Nec meliori me mente rumusculorũ dicis aucupem; (*putabis.*
Non aucupatur, qui jam dicta refert & in medium relinquit;
Quin hoc ipso tuam prodis in me malum animum;
Qui,
Quantum intersit, rumore differri, *&* rumorem referre,
Benè scis, malè invertis.
Malè & cætera colligis;
Thuanus, Belgæ, Turcæ *in d. l.* hoc non dicunt;

 Ergò

Ergo nec alibi, nec alij dicunt;
Quos huc referri nunc non refert.
Refers huc ipse non incongruè Erasmi dicterium.
Iterum vero supervacaneè reliqua de Ma. Imper. asserenda,
Quam nemo nostrum negat, & eam ipsam hic ego maximè asserui.
Solito contra more preteris hîc illud,
Quod nobis maximum est momentum politicum,
Tuum hîc potius exercitium,
Verum Tu,
Ne unum præcipuum Coll. E. locum in toto tuo Censorio Centone tractas,
Quæ alicujus sunt momenti, quæve virum requirunt,
Sicco transis pede.
Quia non est hæc aqua, in qua forte nates.
Erro; nihil ibi est, quod censeas.
Erro iterum, nihil ibi est, quod obtrectes,
Vitilitigator enim es, non Censor Amicus:
Qui in levioribus subinde ansam captas me onerandi
Invidiâ & Calumniâ
Hîc nunc ut cum maxime,
Quasi ex approbato, exterorum rumore à me relato,
Irreverentem S. R. I. ac Imperatoris
Quâ simul mactas plures alios I. publici scriptores,
Qui eundem referunt rumorem,
Tibi in præsens referenda, in posterum luendâ.

VII.

Grandem porrò mihi dicam impingere intendis,
Ex grandi scil. collationum summa, ab Imperij ordin. suppeditatarum.
Non quæro quantas sed qua manu & mente collatas.
Tergiversaris Censor amice.
Modicas, cunctabundas, & cum querela redactas dicis, ipse,
Sed ante hoc tempus,
Nunc verò,

Tole-

Tolerato tricennalis belli onere,
Germaniam antea ignotas expertam vires suas,
Locupletissimas,
Nec parcè, nec restrictè, nec cunctanter impensas,
Testibus adductis illustribus.
Vah!
Gaudeo sanè & gratulor Germaniæ de florente sua fortuna,
Gratias tibi agunt omnes Creditores status publici
Pro hoc retecto arcano.
Nunc demum Imperator, & dicti statuum Creditores,
In posterum erunt securi collationum, solutionum.
Allegantibus impotentiam, aut non credent statibus,
Aut non credent Censori locupletes Germaniæ Provincias,
Extorsiones bellicas vocanti collationes imperiales.
Sed, Censor amice, tuo hic jugulandus es gladio.
p.32. *Dum ipse alibi Imperii tributa minora & cunctabunda vocas,*
Eodem ac ego pene fine,
Nullo, ut puto, deludificandi ordines animo,
Quem mihi malignè hic imputas, tibi imputandum.

IIX.

Impetis & amplius me lingua, Censor, amara,
Qua alium ex verbis soles more tuo, meis lambere gustum;
Vulgari absorptis judicio ab eodem remotissimis.
Eodem innatum & educatum solo ex Iustino dixi:
Ad mentem plane tuam, multis heic expressam lineis
Summa cum laude & gloria aut hoc htenum
Laudabili serenissimæ illius Domus usu,
Gnaræ,
(Flexo parumper in alium sensum versu,)
Tam cœlum quam animum mutare, qui trans mare currunt hodiè,

Non

Non passæ, prudentissimè quidem,
Principes suos peregrinari, opes, tempus, Germanos perdere mores,
Sequiores, & nil bonæ mentis, referre domum:
Vt hodiè plæriq; peregrè referunt.
Hîc,
Augendæ invidiæ,
Censor de tuo addis vocem, non tamen,
Ego verò,
Adstruendæ gloriæ, detestandæ hodiè peregrinantium labi,
(Quam tota verborum series seriò, antè & retrò, docet,)
Simpliciter,
Non peregrinatum.
Quam ille lineam ex mente vulgi, non meâ, non dictæ Domus usu,
Inconsultè & interpretatur malignè,
Inconsultius & malignius rapit in votum captandæ mortis,
Ista,
Regnandi artes domi patrio rectore edoctus,
Nunquam tamen suetus,
Patriam senectâ Patris regere, minus cupere.
Verba voto mortis prorsus contraria,
Verba erga Patrem senem plena reverentiæ & modestiæ;
Verba,
Patre vivo, sene quanquam,
Semper privati & sic manere volentis, à regimine abstinentis,
Quasi nunquam ei sueti,
Minus sueti cupere,
Hoc est,
(Ex malignâ mente Censoris Amici,)
Captantis votum mortis.
Æquißime Lector,

IX.

Pariter & illud, quod reprehendit, à reprehensione longissimè abest.
Imbellior, bellax tamen.
Quod nec, quo de dictum, in malam vertit partem,
Imò in clementissimam recordationem,
Recipiendi me suos inter ministros,
Esse viribus inferiorem fato, nec sua culpâ,
Nulla est injuria.
Esse tamen bellacem,
Generosum est magnæ mentis honestum.
Est & imbellioribus adversus potentiores justus dolor & ira,
Huic fortè longè justissima.

X.

Vlterius, ac aliam præter calumniam,
Geminum erras errorem, Censor amice,
Scholastica & politica dignum animadversione,
Illâ
(Quod pueri in Scholis, tyrones I. P. in Academiis norunt)
Comparativum esse primum inter & supremum medium,
Moderati nomenclatorem tituli.
Qui te altero inciviliorem dicit, non vituperat te,
Imò tibi civilitatem, quanquam non quantam alteri, tribuit.
Qui alterum te nobiliorem dicit, nullam tibi facit injuriam:
Nobilitatem tibi, sed non quam concedit alteri.
Pares non sumus, nec esse possumus omnes, nec expedit.
Sic
Quos ego illustriores *vocavi,* quàm opulentiores,
Ipsis & familiæ splendorem, & opum vim adstruxi,
Sed illum hâc majorem, nec hanc omnibus parem;
Quam nec eorum quisquam sibi computat,

Rectè itaq; & ex veritate,
Ratione possessionis, non Spe successionis.
Semper
Salvo, Camerarij, & optimi Limnæi Iudicio.
Isthâc,
Qui hos omnes sub unam, ut ajunt, Myconem,
Vno omnes opulentia complecteris titulo.
Quos ego sedulò distinxi,
Ratione mei, non aliorum, argumenti.
Illi alia, ego suffragia scripsi.
Suas cuique opes attribui;
P.P. illis, tuæ sæpè gravibus civitati suas, suas horum potentissimo E.
Palpo, visne obtrudere vicinis palpum P.P.
Vt magno tuo malo tuæ civitatis cor palpitet?
Hoc carpendum in te rectius, quam quod malignè in me carpis.
Semel dico, ne, quod semper hic repetendum, repetam.
Iactis semel Electionis istius fundamentis;
Potentiâ & Religione Romanâ,
Cum libertate oculos circumferendi Electorios per Imperij Principes,
Ideò
Omnes ad illa exigendi principia,
Citra cujusque offensam.
Potentia bonum est fortunæ, Religio vel revelationis vel assuetudinis, vel professionis.
Vtriusq; relata ad alios inter se comparatio,
Incorrupto fit comparatorum honore.
Modicæ potentiæ princeps non est minus princeps, quam immodicæ;
Minus quanquam potens.
Religionis Romanæ Princeps non est magis Princeps quàm non Romanæ,
Imperio quanquam propior, & magis idoneus,
Lege scilicet positivâ:
Citra itaque honoris læsionem,

Alius

Alius alio potentior, opulentior, Imperio dignior.

XI.

Transeo ad aliud, quod geminâ mei obtrectatione, geminâ tua ignorātiâ re-
Provinciam ad Nicrum mihi gratissimam (prehendis.
Paucis quidem verbis, sed magnis & veris extuli laudibus,
Non sine magnorum admiratione virorum;
Ditiorem futuram *certis conditionibus* dixi *illic expressis,*
Nequaquam præposteris, Obtrectator,
(Invitè te sic appello, sed hic necessariò.)
Nisi velis idem ferre judicium de majori Tê,
Qui ea propter olim Nicrum navigabiliorem reddere tentavit,
Et obstrepere omnibus ibidem morantibus,
Idem jam dudum fatentibus, quod tu negas,
Imò in mei apud majorem vertis invidiam;
Prorsus nequissimè, iniquissimè.
Deindè,
Non, ut tu hic excerpis, simpliciter navigabiliorem *terræ optimæ optavi,*
Sed versus Danubium,
Ob infinita exportandi commoda Bacchi.
Importandi commoda argenti & ingentes divitias.
Manifesta nunc calumniâ in mei odium conficta,
Verba illa,
Idem ditior *&c. ad usque vocem,* pecunia,
Ad ejus Provinciæ Caput refers, quæ ipsam contingunt provinciam.
Seriem verborum inspice meorum providenter in eum ordinatam modum,
Vitandæ prævisæ, nec tamen vitatæ obtrectationi.
Reliqua *demum, quæ sequuntur,* loquuntur de ipso *Capite,*
Ea reverentiâ, qua par est, quamque ipseipsi debeo.
Quin ipse tu illa ad provinciam primò, mox tui quasi oblitus,
Inhumanitate obtrectandi me oblitus,
Statim aliorsum refers:

Videntur quidem ut bona, ita & mala provinciæ, redundare ad Dominum:
Sed aliud est redundare sua natura, & ratione loci,
Aliud, ut mihi hoc affingis, quasi exprobrando.
Loci natura, quæ mutari nequit, nemini potest improperari,
Quin imò,
Satis redundantem *dixi, quem* tot bonis, *iisq; antiquis* redundantiorem dixi,
Excepta pecunia,
De cujus penuria communis omnium querela est,
Non mea duntaxat:
Cur ergo mihi hanc naturæ unicam in illo loco Culpam, communem populi vocē objicis soli?
Fallax Calumniator,
Cur distincta conjungis, alibi conjuncta segregas?
Hæc una est nigra, altera ista insectatio,
Ejusdem planè malignitatis.
Ego
Verba hæc
Aut ille saltem, *&c.*
(Ille scilicet Ducatus, cui Nicrum, voto omnium, navigabiliorem optavi;
Cujus sanè beneficio provincia illa ditissima in Germania esset)
Manifestissima rerum & verborum connexione, relatione,
Priorum, posteriorum,
(Quod vel cæcus Cimeriis cernit in tenebris)
Ad Ducatum
Longè demum ditiorem retuli,
Gemino voto;
Vno Nicri navigabilioris, altero alieni æris minoris,
(Quæ simul sunt vota omnium bonorum provincialium)
Tu illa ipsa verba,
Sine ullo intermedio, sine verborum meorum sensu,

Ad provinciæ Dominum,
Et simul ad meam apud illum rapis invidiam:
Nulla ratione,
Vti enim votum primum, *ita et* alterum *ubiq; respicit provinciam,*
Non provinciæ Caput, illo nexu prorsus solutum.
Deinde
Eadem illa verba maligno calamo dicis injuriosa,
Citra meam mentem & Conscientiam,
Citra vota mea, quæ vertis in improperia
Quin citra rei naturam.
Esse in ære alieno, dicive, non est injuriosum,
Nemo volens contrahendo sibi contrahit injuriam;
Imo utilitatem, evidentem, tabulis professam.
Bone Deus! quæ hæc est sartago calumniandi?
Sed id nunc hic quidem,
Ne idem in posterum amplius male obtundatur, obtrudatur,
Vti hactenus à quibusdam illius etiam loci parum benè mihi volentibus
Totum esto expunctum. *(dilatum est,*
Gemina præterea ignorantiâ,
Vnâ
Nomina publicis scripta tabulis secreta putas,
Altera
Indiscretas provinciales ac principales rationes,
Harumq; me dubium computatorem, proditorem,
Durissimo ac calumnioso differs ore & rumore,
Pejori refers ad majorem, loci potentiorem,
Majorum solutum nominibus, eorum delegatione provincialibus accepta,
Nullis antea novis nexum, totum ab omnibus aversum,
Rationibus bene fundatis tanto principe dignis splendidum opibus.
Rerum suarum sagacissimum, providentissimum,

Quarum illius loci rerum tu omnium ignorantissimus es.
I nunc obtrectator, & disce ex his,
Me forti consilio, non ut tu, aura aulæ, me hîc singula cautè, non, ut tu, in-
Me sana ratione, non, ut tu, maligna interpretatione, (cautè,
Me non calculi, sed judicij rationibus,
Hæc & alia disposuisse, scripsisse,
Non tibi, sed longè te præminentioribus,
Non (ut tu effutis, præcepto in me odio) in cujusquam odium,
Minus in tam suspiciendi mihi principis injuriam;
Eâ in me injuriâ,
Quæ, datâ occasione, tuum apud Magistratum, adversum te refricanda est,
Optimo jure, Caussæ meæ bonitate,
Ejusq́, quâ nitor, Autoritate R.

XII.

Censor Amicus,
Aliâ, tacitâ quanquam, at per ignorantiam excusanda,
Censoriâ notâ claudit clausulam
Trevirensis suffragij,
Quod primum primam ad reliqua glaciem fregit, viam stravit, portam a-
Difficili Electioni, commodæ Imperio, Paciq́,| (peruit,
Quem ipsum, non ejus Legatum,
Hic à me repræsentatum non capit Censor,
Hunc in modum finientem,
Ego verò,
Qui electionis tantum minister sum;
Habita scilicet ratione,
Ad priora *quasi* divina *eligendi* omina,
Non ad Censoris allegata huc non pertinentia.
PP. Electores Electionis, quâ est actus humanus, *summi sunt* arbitri ac
Qua est actus divinus, ministri, (Domini,
Honoro divinæ Electionis ministerio.

Cu-

Cujus & adoptionis Trajani ipse olim Cæsar Nerva minister,
Scriptori dictus Panegyrico.

XIII.

Nunc reliquam obtrectationis telam pertexit amicus Censor:
Ubique externâ verborum *deceptus* imagine,
Maximè nugatur ubiq́, me criminatur ubiq́,
Hic præcipuè,
Apud præcipuam Imperij Domum:
Verum,
Coloniensis suffragij, mei propositi, ut semper, ignarus,
(*Ignari me miseret hominis, suo abundantis affectu adulatorio,*
Hinc inepto prorsus tale scribendi Collegium.)
Aberrat ubiq́ à meo scopo, & oculo,
Illum *&* mea rectè noscendi.
Ergo & aberret à suo ore Calumniæ,
Illum & mea censendi, mihi nocendi,
Facilè verò sustineo sciri,
Quis ille, quæ mea ibi sint;
Diverso fortis consilio propositi,
Nullius cum injuria,
Exemplo illius (nisi ille fine diviniori) (veniamus.
Omnia omnibus modò sumus, modò non sumus, ut eligendũ in-
Trevero Austrius, Coloniensi Bavarus, Bohemo Bohemus, Bavaro Bava-
Noli criminari bonum propositum, mirari non desine, (*rus &c.*
Desine verò Mevius esse:
In fine vidisti, si rectè perpendisti,
Quantum quidem ad nostra,
Cujus penè fuerint toni, soni, modi:
Prudens non tam singula, quàm cuncta, non tam præsentia, quam respicit
ultima,
Optima à fine notitia moralis ac politica,

Ergò

Ergò
Malè, præmature, incongrue, hîc præcipitas,
Tuam in Bavarica Censuram,
Tuum in me Convitium,
Veluti convitiatorem domus,
Quæ primam hîc mediam & ultimam facit paginam,
Vel verum, ne excusandum, minus, noxium.
Hem Censorem Draconicum!
Qui suam Censuram amicam sanguine scripsit,
Non atramento,
Non ea sic ipsa Domus, nec summum ejus ministerium,
Omnia ex meo proposito benignius accepit;
Meliora in aurem dixit, quæ tibi non dico,
Inde alij me ejus adulatorem, quam tu Convitiatorem, dixerunt,
Te verò hîc ego dico utrumq;.
Parum abes è Convitio Bavaricæ potentiæ,
Qui cuncta Bavarica hic conficta vocas;
Parum à servili metu, qui ea non retundis;
Nihil à molli adulatione, qui uni cuncta defers.
Nihil à maligna ignorantia, qui comparationem vocas criminationem.
Illam hic argumentis fulciendam, ut hanc tu, nunc transeo.
Quid porrò vanius?
Quam carpere assertum à me liberum Electionis jus,
Electoralis Collegij fons & fundus?
Aut malignius?
Hoc statim ad alterius referre injuriam?
O mala mens! malus animus!
Quid servilius?
Primum quenquam liberæ electionis amicum,
Fieri statimquasi perstrictæ successionis reum,
Metu notatæ ejusdem,
Sibi adimi de Electione loquendi Commercium?

Quæ-

Quænam hæc sequela tyrannica?
(Quam Censor adulator parva cum gratia domui Austriacæ affingit)
Loqueris de Electione;
Ergò,
Perstringis continuatã hactenus in D. A. Imperij successionem;
Tolerabilior ista.
Vocas EE. successionis inimicos,
Ergò,
Videris eo id velle, quasi Electionis inanem titulum gerant.
Falsior ista.
Allegas Innocentij III. de Electione monitum,
Ergo
Allegas decretum directivum & obligatorium;
Et invides successioni in illa domo,
Imò hæc est vera & legitima sequela.
Ergò
Loqueris secundum A. B. legem & Collegij Electoralis materiã.
Ergo EE. non gerunt inanem titulum.
Præterea,
Notander & *dixi* studio, *ut ferè omnia*,
Sapienti Innocentij III. MONITO:
Quod nihil dirigit, cogit; sapienter suggerit:
Papale decretum, quod est in se, non Electoribus, dicere nolui;
Tamen,
Perversi Censura Censoris Amica,
Monitum *in* decreti *versum* nomen.
Quo super multa cumulata commenta distinctionum Scholasticarum,
(Quæ, quales & quantæ sint, quove stent talo, non hic æstimo)
Legalis directionis, obligationis, Electionis politicæ, popularis (adde) adula-
Quæ sapiẽs & Modesta moniti-vox *Electoribus non ingerit; (toriæ,*
Tota pro Electionis, huic suffragio domestica, libertate.
Parum tutæ sunt & illæ sequelæ:
Innocentius demum acquievit Electione,

Otiosa hujus est allegatio;
Ergo,
Libertas Electionis in una etiam familia non perit;
Ergo ac alio firmanda argumento.
Imò,
Innocentius liberè non acquievit, Electionem Philippi in bellum concivit:
1198. 8. *Mar.* *Philipppo contra Zaringiæ Ducem Mulhusii electo,*
A. Saxone, Marchione Misniæ, Bohemiæ Rege, Ludovico Bavaro,
Innocentii instinctu,
Otto IV. Imperator Aquisgrani assumtus
Ab Archiepiscopo Colon. Palatino;
Deficientib. à Phplippo, Innocentii metu, Bohemo, Thuringo, Episc. Argent.
Contra hunc,
Philippus Moguntiæ repetitus ab Episcopo Tarentino,
Inde duos inter Impp. bellum:
Eo orto, cessit necessitati Innocentius.
Verum enim vero,
Uti ipse Innocentii monito *nullâ EE. elect. necessitate,* (trudi *debuit*
Nec ipsum Innocentii decretũ, quâ papale, *eligentibus tum PP.* ob-
Ita h. l. A. Bullæ subjunctum monitũ, *ut otiosum* extrudi *non debet,*
Minus ex coacta Innocentii cessione, aliorum concessione,
Libertas Electionis unâ in familia sustineri;
Non modo;
Quia Electio est Electorum, non Pontificum, *nisi usurpata,*
Sed &
Quia ex usurpato jure nihil inferri potest:
Unde ipse sobriè prorsus,
Innocentii postulato, ut monito *hic usus,*
Citra notam Censuræ,
Ad Electionis libertatem,
Satis jam A. Bullæ lege firmatam, argumento novo non firmandam;
Rationibus Taciti non tacendis fultam satis subsidiariis,
Deinde dixi cum Innocentio, Peri-

Perituram, *non pereuntem*,
Dubitativè, ut rectè ais, non assertivè.
Actibus *quanquam* crebris legi minus congruis,
Nullâ præcipuè necessitate, utilitate connexis,
Lex
Primo obumbratur, deinde infirmatur, tandem obliteratur & (vilescit.
Hoc est, perit civiliter.
Prius periculosum, periculosius posterius.
Electione centies unâ in familia factâ
Censet Censor adulator,
Ejus tamen libertatem Aureâ Bullâ satis cautam,
Usu quanquam exactè non servatam.
Forte hoc est illudere legem.
Sic infra justitiam in Germania censet optimam,
Benè nunc in imperij recessu conceptam,
Parum quanquam observatam.
Legis, justitiæ, vis in usu, non in fixis fixa est tabulis.
Secus cum Comico satius
Malos ibi mores figi, Calumniatorum præcipuè.
Si ergo illum Innocentij, aut meam innocentis Collegij sequelam,
Saltim posse, *non* esse *censes,*
Per me sanè licet, & sufficit mihi dubium ac periculosum posse perire,
Modò & istam mihi concedas, quæ stat certissima,
Divino prolatam ore sequelam;
Calumniatores pereant omnes.
Ergo & Tu.
Quod tamen ut velim non vult Christiana charitas.

XIV.

Laudo hic quam maximè Censorem Amicum.
Qui de me vera narrat;
Suoq; demum tribuit coactus honori Amici.
Illud I Cti, *mihi perpetuum*, monitum;

 De

De Principibus parum, ac reverenter loquendum.
Hoc in prioribus ubiq; mihi innatum, nisi ab ipso ablatum,
Me huic scribendi oneri exemisset;
Mihi sane tædioso, parum pro Imperio.
Sed cur statim refricas censendi pruriginem in re dubia?
Nec mihi ita dicta?
Serenis. Electori Bohemiæ Regi,
Rectè suffragium inter seculares *dedi* primum,
Primum *Sigismundum olim Regem* rogatum non dixi;
Ejus tantùm exemplo, nullo, puto, errore,
Singulari potius industria
Curavi
Præsentem *Bohemiæ* Regem præteriti *Bohemiæ* Regis verba legere,
Sive ea ore præsentis *Sigismundi, sive scripto absentis*, ore prolata Legati,
Utrobiq; Sigismundi vox est.
Suffragium Electoris, non Legati.
Legatus Domini sui autoritatem, faciem, vocem, secum peregrè fert.
Et rectè si memini,
[(*Sum enim hic (I, ubi sum) extra librorum hemisphærium meorum*)
Illa *à Rege Bohemiæ pro se prolata* verba *suffragii*,
A Sigismundo olim mandata mandatario *suo*,
Eodem verborum ordine pronuncianda.
Ergò
Sigismundi, non Legati sunt, Domini, non ministri.
XV.
In quarto suffragio
Inlustris libertate Electoria nox gemina obruit amicum Censorem;
Prima ejus
Inumbrat quarti suffragantis animum,
Veluti rebus infœcundum suis, aut iisdem nimis abortum,
Aut alterius, quam suæ, domus sollicitiorem splendoris.

Multa

Multa rerum, quas hic transeo, utriusq; domus,
Aut ignorantia, aut dissimulatione adulatoria,
Censoris ubique sibi tendentis,
Et occurrentia, nescio quæ, hic comminiscentis,
Ipsius Censurâ,
(His contractioribus partâ noctibus,
Noctibus perpetuis digna,)
Indigna quasi;
Imò censenda supersedit ideo,
Ne fortè domum offenderet alterutram.
Nox ejus altera me obnubilat,
Apertè quasi adversantem A. B. constituto;
Ex libidine magis, quàm ex vero,
Geminatâ quidem
Primò
Præ caligine mentis, aut prurigine censentis,
Petita licentiâ non expensa,
(Si fas est seipsum nominare)
Factæ de se consentiendi Electioni Colon.
Deinde,
Non sibi ab initio, *quod A. B. vetitum, & ambitiosum,*
Sed alij jam de se facto suffragio *suum veluti secundum,*
Imò non hic omittendo divino suum addit *quasi* tertium.
Censor amice,
Non invides Regi Bohemiæ suum Trevero simpliciter additum,
Nunc suum invides Bavariæ Duci modestè illatum Coloniensi:
Cur jure paribus pariter non adularis utrisq;?
Gemina iterum insectans nota,
Levitatis *suffragantem*
Quasi nimis promptè offerentem Consanguineo Electoratum,
Quod ego boni & benigni, *non* levis animi signum noto vocoq;;
Bis dat, qui cito dat.

Meli-

Meliusque est spem præcîdi, quam trahi.
Quin idem quoddam prudentiæ momentum,
Hac promtâ liberalitate
Suffragium consanguinei *quasi* demerendi,
Non, *quod illicitum*, emendi.
Præcipitantiæ *scribentem*,
Electoratum Brandenburgico oblatum à Sigismundo.
Quod ego nomen honore Familiæ præverti,
Anticipato, non præcipitato.
Et Marchia Brandenburgica naturâ prius tradita Burgravio,
Vi cujus jus unâ adepto Electorium.
Quâ accepta Brandenburgicus erat,
Si Marchiam Brandenburgicam Brandenburgico dixissem datam,
Rem notatam haberes;
At dixi Electoratum Marchiæ appendicem,
Nodum, *Censor*, in scirpo quæris.
Strictim hæc, qui suffragia scripsi, dixi.
Non Historiam nec rei venditæ pretium, legemvè,
Cunctis obviam.

XVI.

Censor Amice,
Quo ruis? quanta hic aggeris, falsa, nulla probas?
Lector amice,
Si sufficit ita accusari quis innocens erit?
Nihil tamen ego de innocentia, quasi diffiderem;
Sed
De durissimo vitilitigatoris ore, errore, criminatione.
Levis in suffragij ordine error Censoris est,
Nisi obloquendi cupidine supinior.
Gravior ipsius insectatio suffragii,
(Ita garrit)
Ficti, sine argumento, vagi, sine ferè exitu.

Id un-

Id nudè inspectum,
Totam hanc falsissimæ Criminationis aperit faciem.
Putasne os impudens, lectores esse tàm malos judices,
Vt objecta crimina pro approbatis accipiant?
Imò hæc
Probro facilius respersa, quàm detersa,
Affirmant omnes cordati.
Quintum hoc, non sextum, *quatuor præcipuè continet suffragium;*
1. *Vniversalem* Electionis Libertatem,
Quâ multi, *non duo*, destinandi, donec unus eligatur;
Fundatam,
In Lege A. B. usu antiquo, rationibus & argumentis validis.
2. Incongrua Electionis *ad duos tantum* arctatæ,
Monstrata,
Veterum monumentis, documentis, experimentis.
3. *Præcipuas eligendi virtutes,*
Iusti, Boni, utilis;
Ipso ex A. B. præscripto depromtas.
Hæc insania mentis censoriæ contra claram veritatis meridiem;
Impudenti audet ore,
(*Quod mirantur viri magni, qui hoc Coll. ante eum, ac melius ipso,*
Inspexerunt, expenderunt, censuerunt.)
Increpare ficta, vana, vaga, sine argumento, exitu;
Censorem hic dicunt omnes maximum aut nugatorem aut Criminatorem.
4. *Deniq;*
Virtutum Eligendi uberiorem intellectum.
Vbi hic fabarum arrosor,
Circa fabam, ut dicitur, & salem,
Invenisse putat, non quod pueri in faba.
Miror durissimum Censoris os & simul iniquissimum,
Erga justissimas crediti & debiti Caussas hodiè quantum neglectas!

Im-

In tam florente,*ut post bellum ait tantum,* Germaniæ fortuna.
Retunde mea, quæ tibi os obtundunt, Patrone,
Sed,
Obſequioſa *ad receſſum Imperij* harum executione cauſarum.
Miror ulterius tuam confidentiam & inexperientiam:
Illam,
Quâ me malè nullam *dixiſſe dicis, qua tu multam effutire audes,*
Inferiores inter & ſuperiores,
In Germania, *ut nunc eſt, æquam promtamve* crediti & debiti Iuſti-
Vbi eſt illa? (tiam.
Diogenis lucerna quærenda ſudo in medio;
Effati teſtem do,
Creditorum in Germania præcipuam turbam, mille querelarum codicillos.
Sed quos tu mihi?
Eos ſcilicet, qui ſibi in propria blandiuntur cauſſa.
Hanc,
Qua noſtro prælatum ægrè fers celerem juſtitiæ ordinem
In Turcia,
Vbi ſola ipſius, ut & virtutis, non perſonæ habetur ràtio expedita;
Abi & experire;
Aut,
Quod ſine tædio itineris potes,
Legeſis
Mahumetanam *Vigelij* jurisprudentiam,
Romanæ, quæ noſtra eſt, oppoſitam;
Viri optimè de Iure meriti, ingratiis quanquam.
Ibi invenies, quod dixi,
Lingua confitente, non confidente.
Fac,
Si Doctor es juris non imprudentiæ,
Iudex multæ patientiæ, æquæ ſententiæ,
Cauſſarum Patronus integræ conſcientiæ,

Vt

Vt sim splendidè Mendax.
Auferes sanè à Creditoribus,
In præmium restauratæ in Germaniâ, & negatæ melioris in Turciâ justitiæ,
Torquem aureum centum pondo, pateras aureas numero & pondo totidem.
Tuis præterea ipse lubens ignoscam Criminationibus,
Accensis in me apud PP. offensionibus;
Justitiæ necessitatem *tua Censura requirit*,
Eandem *multò maximè*, hoc, *quod insectaris*, suffragium,
Quod & justum *vult* Imperatorem,
Ipsam *tandem* Aquilam Imperii justitiæ tesseram,
In oculis, alis, unguibus.
Verum enim verò,
Eam, non ut tu, repono in tabulis in scripto recessu imperii,
Curâ perfecto laudata laudato mihi alibi.
Receßum imperii in exsecutione, totam justitiam in exercitio volo.
Constantem ac perpetuam voluntatem suum cuique tribuendi.
Qualem *prorsus expecto* à justitiæ judice,
Itidem alibi variis mihi celebrato laudibus.
Hanc nisi monstres, Censor, Creditoribus,
Qua fronte, quo ore ipsis persuadebis,
Meliorem in Germania quàm in Turciâ justitiam.
Ejusmodi planè hominibus,
Quorum manus oculatæ sunt, credunt, quod vident,
Cetera nugas & fumos justitiæ vocant;
Et te maximum horum venditorem,
Ni dicta præstes factis.
Sed nunc finiendæ hujus suffragii Vindiciæ;
Secus,
Mendax hic Censor fiet mea culpa verax,
Suffragium hoc esse sine ferè exitu.
Cujus ipsi exitus iste *tàm* est gratissimus,
Quàm ipse huic exitui *est* obnoxius *adulator.*

XVII.

Qui semel Calumniæ fines ingressus & assentationis,
Qua alteri nocere, placere alteri, sibi studere intendit,
Eum oportet benè & gnaviter esse impudentem,

(Qualem invitus ita dicentem dico Censorem)
Vt vel ipse, quod fatetur, in alio sugillet.
Sycophantæ proprium,
Efferre, deferre, differre.
Quod ego hîc in sexto suffragio, & plures, diu ante me, alii, dixere,
Quodq; ipse iste sugillator & aßentator hîc effert,
Nunc id differt & defert adversus me,
Novum *veluti* Crimen,
Caii Cæsar.
Absq; verecundia,
Quadam *verò cum* divinatione.
Nullas *ipse*, certas *Censor enunciat* provincias,
Quas immodica sua assentatione ubique onerat;
Vnde verò scit;
Me tacitè ad illas respexiße ?
Ex Calumnia fatiloqua & fatua.
Qui præcipuas plumas & reliquas dixi,
Fuit in Rudolpho magna virtutum Concordia;
Sed,
Nec ille, sicut nemo, sine crimine vixit;
Cur ego solùs inverecundiæ reus & impudentiæ,
Te quidem Accusatore Censore,
Impudente & inverecundo sugillatore, adulatore.
Pleriq; culpant Scriptores, hactenus sine nota,
Italiam sine cura habitam, imperii jura iis Civitatibus vendita,
Provincias Germaniæ hæredibus orbas,
More Leonis Æsopici dispertitas,
Sibi opimiores, potiores.
Forte jure aptitudinis, proximitatis;
Quanquam alii de illo illud Comicum;
Hercule injuria dispertivisti, isti pinguiorem agnum habent.
Ratio,
Quâ factum blandidicus iste, ante istum sui similes alii, incrustant,
Parum congrua
Regulis veræ prudentiæ, Imperatoriæ Oeconomiæ,
Prorsus adversa
Legibus, viribus Imperii, fortunæ tanti Imperatoris,

Qui

Qui summa in Deum Confidentia, minima opulentia
Vnico quincunce Ottocaricum confecit bellum,
(Ad famam, quam ad verum, non dicam)
Tùm non confecturus, in ordinem redacturus Italiam,
Iam Imperator potens, Ottocari debellator & victor.
Amplius,
Inlinendis, supplendisque suis iniquißimis Chartis,
Censor Amicus
Plura huius, quam ignorat, oggannit suffragii naturæ;
Multa jam dicta dicit,
De potente, vel minus potente eligendo Imperatore;
Præpotentem Trevirense, præsens minus talem velle videtur,
Suis quodq; rationibus, fine utili,
Eligendo idoneo.
Adeò heic
Superflua prorsus eius rei ulterior Censoris disquisitio.
Nisi esse velit septem inter sapientes sapientipotens.
Sententiis alienis, non suis.
Id verò,
Quod de me somnias quasi in pacato sedente,
Quàm vellem & mihi, & tibi, & Germaniæ nostræ perpetuum foret!
Imo & Vngaris,
Quos Turcæ vicinos nunquam pacatos,
Pacis ipso & indutiarum tempore,
Ipse in ultima Collegii El. sententiâ *dixi,*
Quid hic repetis, regeris?
Minori successu Turcas hodie certare cum nobis,
Nisi aliud præsens Venetorum docet bellum;
De Turcarum vero disciplina militari, viris, viribus, & aliis,
Ibidem multa dicere nec opus, nec operæ meæ,
Imò illo unico omnia dixi verbo,
Absq; metu Turcæ foret,
Potentem non requirerem Imperatorem.
Nihil imprudentius,
Quàm de Ottomannicâ belli potentiâ scribere panegyricum;
Noscenda, non extollenda est;
Verbis saltem & animo forti minuenda, nisi viribus.

Ne
Hostem immanem immaniorem, audacem audaciorem,
Inconsultâ incendas adversum nos oratione, commemoratione;
Hunc ne temnerem, quasi minùs erumpentem,
Tantorum cinctum, semperq́ cingendum præsidiis illorum dixi;
Ne facilè, ut olim, hodie quoq́ erumpat.
Hic
Censorem miror prorsus oblitum sui;
Effutientem,
Quod maximè nocet, *cui ubiq́ adulatur,* Eligendo,
Vires, præter aliorum, etiam Austriacorum, Turcicis impares,
In præsens
Fractas, attritas, conquassatas res & fortunas,
Adversus Turcicam irruptionem vix validas:
Sint nec ne (dubito) minores octo illorum res & vires,
Quorum finibus, præsidiis, cinctum dixi Turcam,
Hoc nisi cum imprudentiæ nota dici non potest, nec debet,
Minimè omnium à Censore.
Extollendæ Turci, elevandæ imprimis Austrii potentiæ,
Hoc *nunc* Electionis ambiguo,
Sed omne hoc est ex vesano contradicendi meis studio.
Mox dictorum immemor,
Eandem Austrii potentiam Turcæ obviam ivisse hactenus,
Nullo ex imperii subsidiis fructu percepto,
Pleno buccinat ore alieno.
Hancq́ bello sacro certiorem, meliorem, validiorem.
Fortè tum, ex caussis allegatis.
Censor ferè semper de præterito, ego de præsenti aut futuro loquor.
Præterita non semper eadem eodem recidunt modo.
Nec simpliciter, *nec* quale olim fuit bellum dixi sacrum,
Sed
Communibus viribus, Imperatoris auspicio,
Imperii, Principum, Christianorum potentia,
Auro, tributis, melius, *quàm antea,* contribuendis.
Perversus Censor & illud perversè pervertit.
Ingruenti proximus Austriacus
Sua defensurus, sua quàm Imperii necessitate.

Hîc,
Meis, ut semper, aliter ac largiter intellectis,
Quasi dictis,
Ille sibi soli relinquendus est,
Quibus ipsi innui verbis primam vigilantiam,
Annui quoq;
Primam primo periclitanti necessitatem
Sua defendendi,
Ex caussa præsertim Vngariæ Turco conterminæ & ab Imperio alienæ,
Vnde ille, non Imperium, commoda, ille, nec hoc, incommoda
Bellicarum statim sentiat impensarum.
Quid *hic* perversi, quale hoc ἀπροσδιόνυσον?
Annè statim Imperium illis se implicet bellis,
Caussa non cognita,
Aut nisi implicet, statim ille relinquitur Solus?
Aut Imperium otiosum & periculi incuriosum!
Nimis nec citò, nec tardè progrediendum ad bellum,
Vigilandum intereà, paries ubi proximus ardet.
Hoc præsentis Consilium suffragij est,
Iisdem relatum verbis à Censore,
Sibi, non mihi, imputatum,
Quia primo illius rumore, *tumore*,
Non statim ac præcipitanter *ad bellum tale non Imperiale* propuli Imperium,
Caussam tacui summè politicam, imperio utilem,
Relatam olim à Guicciardino, audacius à Boccalino.
Egregia sanè est Ferdinandi I. hac de re Oratio,
Rei, tempori, sibi inserviens,
Addito tamen, quod hic pr tereo, Historici Iudicio fidi.
Quin etiam
Si statim Vngarico-Turcicum bellum, imperiale bellum esset,
Oratione opus non istâ fuisset.
Rem verbo dicam.
Hîc
Libero quilibet suffragandi iure, iniuria absque alterius ulla,
Suo prætexit suffragio
Finem, fini rationem, rationi speciem, veram, verisimilem,
Quin sæpè τῷ πέτρῳ *aptat* στάθμην;
Obtinendo voti proposito.

More

More dicendarum in Senatu ſententiarum,
Solitum ergò tali in negotio perperam ſugillas modum
Cenſor Amice.

XIIX.

Nondum hinc laceſcendi mea ergo nec iſthinc vindicandi finis.
Diverſis hactenus librata ſuffragiis
Libertas Electionis, eligendi potentiæ neceſſitas, *nec ne;*
Nunc ſuo exſolvenda nexu Eligendi religio,
Ore gladii illius, in quo plurimum eſt ſalis & ſapientiæ.
Cenſorem hic ſimilem credo Neroni,
Sententiis bonis inimico, inimicis vitio.
Hujusmodi non vult penetrare paleſtram, ubi virtutibus deſudaſcitur.
Aſt inambulare Lycæum, *novum proponere Contradictum*
Tale quidem;
Carolus M. armis Germaniæ imperium cepit,
Carolus M. ius imperandi Germanis ex Electione Germaniæ Principum accepit.
Riſere Logici & Hiſtorici.
Illi negabant eſſe, ſed diverſo modo diſſolvi Contradictum,
Hi ex veteri & nova Hiſtoria prodebant;
Carolum M. Germaniam armis ſubegiſſe,
Saxoniam, Baioariam, Pannoniam, & reliqua,
Eiusq; fuiſſe Imperatorem iure belli, victorem bellicum.
Eundem eiusdem imperium habuiſſe ex Electione,
Secundum Germaniæ mores, non ſecundum victoris iura.
Sic Galliæ Regem Landgraviatum Alſatiæ iure belli cepiſſe,
Regem Sueciæ eodem iure Citeriorem Pomeraniam &c.
Eosdem nunc Reges eadem ex Conventione habere.
Carolum M. minus à patre accepiſſe regnum,
Maius ſuis prolataſſe felicibus armis,
In Gallia, Italia, *Germania.*
Hoc diverſo imperii reſpectu & auctu,
Antea de Carolo M. eodem locutos modo,
Viros Cenſore longè excellentiores,

Carolo

Carolo M. præsertim asserentes Imperium contra Papæ ius conferendi Imperium,
Reliqua eius huc exscripta superflua censuére;
Istud etiam Iuris Scriptores publici falsum,
Carolum M. filiis provincias cuiq; suas jure hæreditario reliquisse,
Soluta cum potestate regendi,
Imperium ex *Electione & voluntate* populi acceptum,
Non debet, nec potest relinqui ut agri & servi.
Vnde sæpè talia testamenta, improbante populo, fuere irrita,
Alfonsi Arragonij, Alphonsi Legionensis.
Præcipuè Caroli M. Testamentum Commendationis,
Non vim veræ alienationis habuit:
Commendare, *non imperare*, voluit suum Testamentum,
A Francorum optimatibus confirmandum.
Hoc nunc hic à Censore referri adulatoriè *prorsus*,
Contra ll. imperij Imperium hæreditario *olim* jure *transiisse ad filios*,
Posse idem etiamnum.
Politici Deniq;
Totam hanc exploserunt Censuram;
Clamore, gestu, strepitu, damnarunt,
1. *Vt inimicam*
Libertati scribendi politicæ una de re pro & contra illam,
Quà rectius id, quod magis expedit, expeditur.
Non exhortando,
Quod Concionatoris (Guevarræ) non Politici munus est.
Sed penè paria *se inter* comparando,
Quo in conferendi genere rara offensa, pænè nulla.
Non rogando
Quod servorum, timidorum, sibi diffisorum,
Sed sub Exemplis monendo,
Quod est efficacissimum scribendi genus, & absque molestiâ.
Non corrigendo,
Quod est Magistri, non Consiliarij,
Sed ex rei momenti benè expensis omnibus meliora suggerendo.
2. *Ignaram*
Artium, rerum, relationum, politicarum.
3. *Adulatoriam,*

Fortunæ

Fortunæ Principum,præcipuè unius,
Quem merito Collegium El.ſuo honore,
Qui immerito Collegium Elect. ſuo reſpexit favore.
Iratam
Immitioribus Legati Galliæ in Auſtriam Codicillis,
Vtinam fictis, commentitiis,nec vulgo notis,
Memorantibus
Sive mutuas utriusq; ſimultates, ſive, hujus olim in Germaniam iram, illius amorem opemq;.
Sive,
(Quod aſſentatorio Cenſoris ingratum affectui ob aliud quidpiam.)
Non mortuum mortui Mauritij factum,
Cœptu Heroicum, eventu bonum, cauſa juſtum,
(Hoc eſt laudare, non flagellare mortuum)
Suſceptum pro repellenda ſocero, ſibi illata injuria.
Non contra Conſiliarios Caroli, quam Carolum,
--- ſuâ diſcedere menſâ,
Fulminis in morem, tormento ponderis actum.
Quædam illa belli excuſatio minus decora tanto Principe,
Non cauſſa belli juſtifica eſt.
Liberum Principi, quos velit, habere miniſtros.
Sive
Quod luce clarius meridiana,
Imperium Romanum à Regibus Galliæ habitum,
Carolo M. & reliquis:
Nec ibi, nec hîc, quod parum ad rem, diſceptato,
Cujas Carolus M. fuerit, ſed quid habuerit, & ejus poſteri.
Quanquam & ipſius Cenſoris approbato Gallico allegato,
Franci atque Germani, una aliquando gens, fuerint,
Nunc,
Imperio fortè ſub uno,
Iterum in unam veluti ſtirpem coaleſcendi.
Adeò,
Veterum Galliæ Legatorum Codicilli penè pares iſtis & gemini.
Sive
Franciſcum I. quorundam ſuffragia obtinuiſſe,
Pondere Orationis,

Apertæ

Apertæ *constantis Treveri*, penè pronæ *nisi secus à Fratre persuasi Palatini*,
Secretæ *à Carolo malè turbati Brandenburgici*,
Illius magna asseverantis gravitate,
Francos Germanis cognatos
Naturâ, moribus, liberalitate, lenitate, pietate,
Justitiâ, Linguarum peritiâ:
Nullos mortalium in Europa affectu in Germanos ante Gallos esse,
Nullos meliori, pro Germaniæ tutelâ ac pace, consilio,
Majori ad bellum quodcunque auxilio nullos.
Sua distinentis eligendum sententia,
Per illam diem in seram noctem, ad crastinum usque:
Cedentis tandem majoribus, & vaticinantis insimul,
Ruinam, Electionem Caroli secutam, Germaniæ.
5. *Porrò Intemperatam,*
Temerantem exterorum desideria *rationibus fulta suis, nullis diruta,*
Nec sine capite fabulas.
6. *Insectatam etiam minimum hoc,*
Imperium cessisse in Ottonem Germanum.
Non dixi magnum,
Notanter scripsi Ottonis *cognomine non finito,*
Libero,
Vtrum quisq; velit intelligere:
Germano *utrumque complexus* nomine,
Ottonem Imperium aspernantem, & non aspernantem;
Inclusis,
Dubiæ originis Cunrado *Francor. Duce,* VI. *An.*
Et Henrico Aucupe, XVII, *non, ut Censor censet* XXXVI. *An.*
Imperatoribus.
7. *Censuram denique Calumniosam,*
In Cordatum virum *Collegii Electoralis scriptorem,*
Nunc vindicatum extemporaliter, vindicandum aliter.

XIX.

Atque hæc est qualiscunque aperta Censuræ facies *amicæ;*
Quinquemestre opus, obtrectationibus consutum,

Ipsis Christi, ut novi, Natalibus, Censoris Terminalibus,
Terminatum,
Veluti meditamentum sancti temporis,
Nudiusſextus ad me perlatum.
Ipsius verò Censoris Amici Animus,
Est
Insidiator odorus minimi cujusvis in Colleg. Elect.
A me,
(Qui ejus res & singula penè verba, verborumq; situm advocavi in consilium)
Sæpè ne per somnium cogitati,
A se
(Qui ad genus Collegii Elect. *universum non respicit,*
Sed saltim sensum captat vulgarem, vel sectatur id solum, quod insectetur,)
Malignè vel aliter excogitati,
Per ora potentiorum traducti,
In mei apud eosdem obtrectationem & livorem,
Quæ pronis accipiuntur auribus,
In sui verò gloriolam ac favorem,
Quæ ubique, ut aerem, captat;
Partes ut impleat omnes,
Et maligni calumniatoris, & obnoxii adulatoris.
Qui in alterum vertit stylum, ut alterum evertat.
Equidem,
Non pravè, liberè quanquam, conscientia facti,
Censoris inania ex pelvi fulgura temno.
Absque uno & altero fuisset P.
Ne manum *quidem* vertissem, *istis admovendam,*
Spreta exolescunt, si irascare, agnita videntur.
Relinquendum rumoribus temp s, quo senescant.
Et prudentes negligenda me docuére tria hominum judicia;
Ignorantium, Sycophantarum, adulatorum:
Illorum,
Quia de eo, quod non intelligunt, judicare nequeunt.
Istorum,
Quia secus ac intelligunt, in alterius perniciem differunt.
Horum,

Quia

Quia malignè intelligunt, & in proprium commodum vertunt.
Cetera,
Censor Amicus iste
Frigidus,
Vbi locus non est cuidam Collegii Elect. loco suffundendi frigidam;
Jejunus,
Vbi locus est ad locum ejusdem Col. quoddam scientiæ congerendi penum,
Scopo Collegii congruum, vacuo utile imperio;
Hac adeò ex ratione,
Plura utriusq; generis loca
In septem suffragiis, exterorum desideriis, horum judicio,
Maximè in ultimâ de omnium sententiis sententiâ,
Quæ summa est omnium recta trutina, & Lydius lapis,
In medium reliquit;
Addito quidem in fine Censuræ,
(Malæ credam Conscientiæ Censuræ & falsæ obtrectationis)
Quodam *ex Dione* mei quasi patrocinio *apud PP.*
Equidem,
Si quid in cujusquam dictum putetur contumeliam,
Dictum non fuisse eo animo, nec cogitatum quidem,
Teste profiteor Conscientiâ,
Imò dictum non dictum esto; nec dictum volo.
Quantulum *verò* istud est, *quod Censor Amicus censuit?*
Quàm, si cetera respicias, in levi habendum!
Quasdam scil. dictiones, locutiones, aliter mihi, quàm ipsi, intellectas;
Suffragandi ordinem ab A. B. dictum &c.
Caput Censuræ fuit Amicæ,
Per obtrectationem & adulationem undiquaque conquisita,
Indita Collegio EE. quorundam quasi insectatio PP.
At non ibi inventa,
Nec profecta;
A vacuo, ut ait rerum imperialium spectatore minore;
Sed ab ipso Censore,
Collegii Electoralis æmulo ac obtrectatore,
Quem suas sibi res habere jubeo,
Lectorem verò liberum de utroq; ferre judicium.

 In

In fine vindiciarum Electoralium,
Præsides, custodesque Imperii,
Eminentissimos, Serenissimos, Celsissimos,
Electores, Duces, Principes,
Precor,
Quorum in me odia obtrectator iste conflare tentavit,
Conflata ne concipiant, concepta ne retineant,
Quin,
Mi, meisque, ut *antea*, faveant laboribus,
Totis pro bono Electionis, Imperii, Pacis.
Idem Exteros rogo Reges & obsecro,
Pacis præcipuè ac Patriæ nostræ studiosissimos.
Cœpto, quæso, omnes favete proposito, aut ignoscite;
Imò credite,
Me Majestati & reverentiæ vestræ sic semper inserviturum,
Velut Candidatum vestri ministerii.

FINIS.

1. Pax pax polono-svecica Olivae d. 3 Maji 1660
2 pax Germano-svecica Monasterii Westphalorum 24 paxd. 1648.
3 Pannonia perorata etc p Joh: Wolff 1652
4 De sacra corona regni Hungariae ortu etc Petri de Reva 1652